



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

§. 1. Præmittuntur quædam necessaria de offerretibus Missam ejusque valore.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

quæ illi guttæ, propter illud dubium debetur, ejusmodi
timorem facile superat.

CAPVT 41.

De Applicatione Missæ.

§. I. *Praemittuntur quaedam necessaria de offerentibus
Missam ejusque valore.*

1. **V**T facilius ea, quæ dicenda sunt de Applicatione Missæ, percipiantur, Præmittendum est cum Delugo de Euchar. d. 19. *sect. 9. n. 122. & sect. 12. n. 239.* in hoc Sacrificio, intervenire eos, qui offerunt, & eos, pro quibus offertur.

Qui offerunt sunt, Christus Dominus, qui est principalis Sacerdos, Celebrans, qui est Christi minister, Ecclesia, seu cœtus fidelium, qui designat talem Ministrum, qui ipsius Ecclesiæ nomine offerat, Circumstantes qui faciunt unum suo modo cum celebrante; Denique dantes eleemosynam pro dicenda Missa.

1j, pro quibus offertur, sunt ipsi iidem Fideles defuncti vel vivi peccatores, vel iusti, &c. pro quibus intendit actualiter, vel virtualiter Sacerdos offerre.

2. Jam circa hos omnes, possunt considerari tres effectus Sacrificii. Ita idem, & *passim*. Theolog. Primò meritum, quo scilicet offerentes, vel j, pro quibus Missa offertur, seu quod idem est, applicatur, merentur, sive gratiæ augmentum, sive auxilia Dei ad actus virtutum. Secundò, Imperatò, quia idem per Missam impetrant à Deo bona spiritualia, & temporalia. Tertiò, satisfactio, quia idem satisfaciunt pro pœna temporali in hac, seu in alia vita, peccatis ipsorum debita.

3. Et quidem hæc tria (quæ uno vocabulo vocantur fructus, seu emolumentum Missæ) considerari possunt, vcl ex opere operato, id est quatenus habentur, ex vi ejus, qui est principalis in hoc Sacrificio, nempe Christus Dominus, vcl ex opere operantis, id est, quatenus habentur ex vi operationis, seu actionis ipsius Sacerdotis, vcl circumstantium, vcl dantium stipem. Autem Meritum, quod habetur ex hoc Sacrificio, sit solum ex opere operantis, an verò etiam ex opere operato, & an is fructus, qui in Missa habetur ex parte Ecclesiæ, sit dicendus haberi ex opere operato, an operantis, & similia pertinet ad Theologos Scholasticos. V. Delugo disput. cit. 19. de Euch. scit. g. n. 122. juncto n. 136. & 150. & scilicet n. 125.

4. Ilud certè, quamvis Scholasticum, pertinet non-nihil ad nos; An valor, seu fructus satisfactionis, qui haberi à Missa potest ex opere operato Christi, sit infinitus, an finitus? Breviter respondeo, certum esse, infinitum esse in actu primo, est enim ipse Christus, seu ejus infinita merita. Verum, an Christus voluerit ut infinitus esset in actu secundo, ita ut una Missa actu satisfaceret, ex opere operato, pro pœnis debitis finitis in infinitum, id certè est quod hic queritur.

5. Triplex autem potest esse sensus questionis. Primum, An fructus Missæ sit infinitus respectu omnium personarum (quæ esset infinitas veluti extensiva) et sic una Missa applicata omnibus, et singulis Fidelibus, sufficiat perfecte pro illis. Et in hoc sensu, fateamur omnes, non esse fructum Missæ ad infinitum, quia frustra multiplicarentur Missæ, et quia, ut dicemus, quantitas, ut ita dicam, talis fructus, limitatur à dispositione conjunctumque fidelis, cui applicatur. Ita idem *ibid.* *sect.* 10. n. 200. cum Suar. Vasq. aliis.

6. Secundus. An sit infinitus respectu unius personæ, & sic una Missa applicata, uni personæ, v.g. defunctæ, tollat ab illa omnem peccatam ab ipsa debitam, etiam si hæc pœna major, & major in infinitum esse supponatur. Et in hoc sensu omnes similiter faciemur, non esse fructum Missæ alteri infinitum. Ita Marchinus de ord. tract. 3. p. 2. 6. 12, num. 12. & 13, aliique citati, & citandi

quia quamvis hic fructus augeatur pro melio-
ratione subiecti pro quo Missa applicatur, unde a-
dici in Missa esse valorem infinitum syncretis-
ticum, cum dependeat tamen a prædicta dispositione,
semper finita erit, finitus erit & fructus. Quan-
tum, Deus solus novit. Nam propterea, sicut etiam
plures, & plures Missæ, pro uno, eodemque opere
ita Delugo de *Eucl. d. disp. 19. c. 1.*

7. Tertius sensus est. An fructus Missæ sit respectu multarum personarum, & sic una Missa cata pro multis tantum singulis prodest, quatenus nibus, ita ut si Missa applicetur, v.g. pro decem dividatur emolumentum Missæ in decem partes singuli, secundum suam dispositionem, locutionem fructum, ac si, pro uno solo, applicata fuisset Missa.

7. Et in hoc sensu magna questio est inter Theologos: duæque sunt sententiae. Affirmat Valerius *Eccl. 23. c. 2.* Caltrapalæus de *sacris disceptationibus* num. 11. alique. Negat cum communis Summa *disput. 79. sect. 11. §. Duo* secundo, aliques et recentiores potissima est, quia, si una Missa tantum valeat uno, quantum si applicetur pro multis, vixit enim apud Fideles ab Ecclesia tot annis applicetur applicetur Missa pro uno defuncto particulæ particulari satisfactione: cum enim non applicetur Missæ pro omnibus defunctis & cur tam longe est fidelis, ut pro se particulam Missæ applicet? Sane non propter aliud, nisi quia fructus satisfactionis diminuitur ex consorcio alterius, ut dicitur, ut sic tantum Sacrificium, frequentius celebratum non ita se habet auditio Missæ: nam, est modica eandem Missam, non tamen, ex consorcio aliorum diminuitur pro singulis, fructus respondens auditui Missæ singulorum: At in applicatione, diminuitur dicitur; & maximum argumentum hujus tenoris hoc ipsum quod dicimus, quod, scilicet, Fideles antiquæ Ecclesiæ more comprobato, non solum sed et soli audiat Missam, sunt vero multum solutio pro solis, idem Sacram applicetur.

His delibatis, ad ea, quæ magis pro casibus con-
tineantur, accedamus.

§. II. *An applicari possit Missa pro infideli.*

Quidam infidelis, v. g. Turca audiens 3 Canticis quanti valeat sacrificium Missæ obsequium pro Sacerdote, ut pro ipso faciat Sacramentum. Præsertim primo 3 acceptare elemosinam. Secundo 3 pro ipso celebrare 3 Respondeo utrumque possibile, tamen publicè non nominando, ne datur occasio rationis, vel scandali in populo. Ita Sicut. de Sacram. diffinit. 78. f. et 2. §. Dico tertio aliquæ animas negantem tract. 3. de ord. p. 2. ap. 7. num. 1. Ratio est. Infideli (quavis solum in uno) prodest Missa. Infidelis enim illi non prodest, quoad meritum; & quibusdam talibus, qui propter privationem gratiæ, est Deus inimicus non est in statu meriti, neque prodest quoad satisfactionem, quia satisfacere poenæ quis non potest, donec sit peccato mortali, neque enim poenâ illa remissionis actû debetur poenâ æternâ; prodest tamen quoad Impetrationem (etiam ex opere operato, ut dicitur c. 3. §. numero 4.) quatenus ei impetrari possint, prodest Satisfactio, aliqua bona temporalia, immo & spiritualia, ut sunt aliquæ bonæ inspirationes, & auxilium Dei ad quantum placatus, cum infidelis veniat ad fidem.

2. Dices; ergo Sacerdoti non licebit integram
pem accipere, siquidem nec integrum Missæ fructum
attribuere potest. Respondeo, neque ad hoc pro-
test celebrans applicare totum fructum ^{et non} ^{est} ^{non}
num. 1. dicemus, & tamen nunquam hunc serupulum
jecisti Sacerdoti, quasi non possit sibi cognito pec-
te integram stipem accipere. Dico igitur, ex una